



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 22. Sacerdotes secretum seruent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

Sacerdotes secretum seruent.

Qui confessionis secretum violarit reus mortis est.

Psal. 113.

Crimen læsæ maiestatis regum secreta reuelare.

Alexander secretum seruandum ostendit.

Plut. in opuscul.

Secretum tanti momenti ac ponderis est, ipsum confessionis inquam, aut quod ad sublimitate Dei spectat mytheria, vt Sacerdos, qui sanctarum harum consignationum secretarius est, linguam habere quodammodo nõ debeat ad ipsum reuelandum, & de illorum esse numero, de quibus Psalmista ait: *os habent & non loquuntur.* & sanè qui adeo improbus & scelestus turnus est, hanc vt religionem violet, & limites hos transilire audeat, impius, scelestus, sacrilegus est, mortem, infernum & omnia suppliciorum genera promeretur.

Et reuera læsæ maiestatis crimen est, ac morte dignissimum, si secretarij statuum, conceptor & consilia principum detegant: Sacerdotes & pastores Dei & omnis status religionis secretarij sunt, cū verò garruli sunt, & Dei & hominum secreta reuelant, læsæ maiestatis crimen incurunt & mortem sempiternam promerentur.

Alexander cum litteras acceptas palàm coram Hephæstione suo legisset, eique easdem communicasset, quem manu gestabat anouum, ori Hephæstionis admouit, quo facto edocebat eorum omnium quæ legisset, nihil cuiquam esse reuelandum. Regio hoc facto docentur Sacerdotes, cum regum rex Deus secretum illis aliquid reuelat, aut homines peccata illis sua confitentur, numquam os ad eadem reuelanda aperire debere, sigillum confessionis seruando, & fidem inuiolatam custodiendo.

Dauid rex vir secundum cor Dei & secreti aman.

amantissimus, Deo loquens aiebat, Nosti
quàm tibi fidelis exstiterim Domine, omnium
quæ mihi reuelasti nihil omnino locutus sum;
tantum verò abest vt proximi mala promul-
garim ac diuulgarim, vt è contra, *humilitatus*
sum ante te, & siluerim à bonis muneribusque
quæ in me ipse contulisti. Regem hunc Sacer-
dotes illi imitantur, qui Deo suo fideles, mala
peccataque quæ in confessione audiuerè, imò
& virtutes quæ à Deo illis inspiratæ sunt, nulli
patefaciunt aut reuelant.

Quamdiu Moïsis manus intra sinum abscon-
debatur munda erat & sana, sed exerta & in
apertum prolata, leprosa, *Dixitque Dominus:*
Rursum mitte manum in sinum tuum, quam cum
mississet in sinum, protulit leprosam instar niuis.
Manus vt symbolum operum in scriptura sumi
solet: dicere porrò mysterium volebat, eum
qui opera sua iactat aut aliena, vel quod
intra confessionis sinum delitescit, non nisi le-
pram, infidelitatem, impietatem & sacri-
legium esse: quamdiu illa cooperta manent,
religio & pietas est, sed in apertum prolata &
publicata, lepra & immundities.

In Numeris hanc legem tulit Deus, *Vas quod*
non habuerit operculum, nec ligaturam desuper,
immundum erit. Corda nostra, Sacerdotes &
Religiosi, egregia quædam vasa sunt; dicere
porrò mysterium volebat, illa, si clausa & coo-
perta non sint, silentijque & secreti coopercu-
lum non habuerint, coram Deo & hominibus
immunda, putrescentia, fordida esse; at vbi om-
nia secretò tenent, gemmas pretiosas & vasa
honoris.

David se-
cretum ta-
cebat.

Psal. 38.

Exod. 4.
Manus in
scriptura
operum
symbolum.

Vas dif-
ferentia
cooper-
tum im-
mundum
conferba-
tur.

Nam. 19.

Inter

Leuit. II.
Mustela
animal
immun-
dum.

Inter reliqua immunda animalia in Leuitico recensentur mustela, mus & crocodilus, Haec quoque inter polluta reputabuntur, de his qua mouentur in terra, mustela, & mus & crocodilus. Mustela, de ceteris vt taceam, vt scriptorum testimonio constat per aurem concipere solet, & ore parere. Docet autem mysterium, Sacerdotes & religiosos, qui ore detegunt, quae aures acceperunt, mustelas esse, & immundos apud Deum censerī, secreta verò reuelare diuinæ reprobationis signum esse.

Prou. 25.
Secreta
conscien-
tiae non
sunt cuius
aperienda.

Dixit olim in Prouerbijs Sapiens, *Castra* tuam tracta cum amico tuo. & secretum tuum extraneo ne reueles. Vos, Patres spirituales, facti rationum auditores, docere Salomon voluit cum Deo qui amicus vester est, confessionis negotia pertractanda, nec mundo, qui suspectus est & extraneus secretum conscientiae reuelandum.

Psal. 26.
Nolebat
Dauid os
suum aliena
opera
referre.

Quo loco vulgata legit, vt non loquatur in meum opera hominum, alia quaedam versio ex Hebraeo habet, quod cogitavi non transiit os meum. Ex quo eruo, hominem sapientem ac prudentem, & imprimis Sacerdotem, numquam hominum secreta reuelare debere, imò nec os aut lingua habere ad cogitationes suas patefaciendas.

Iud. 16.
Qui Dei se-
creta reue-
lat similis
Dalilae.

Dalila Philistha se erga coniugem Samsonem ostendit ingratiſſimam, adeò vt cum illius secreta cognouisset, eadē inimicis patefaceret, illumq; in perniciē traheret, *Vidensq; illa quod confessus ei esset omnē animum suū, misit ad Principes Philistinorū.* Sacerdos qui Dei secreta carni, mūdo, & diabolo, qui iuratissimi illius inimici sunt, patefacit, & confessionis sigillum violat, proditor est, Iudas est, pellax est & vaser. Salomon

Salomon in Prouerbijs lasciuam mulierem describens, inprimis eam à garrulitate describit, *Garrula, vaga, quietis impatiens*. Vnde in terra volo, Sacerdotem qui loquax est, cuiusq; lingua secreta & arcana omnia effutit, malignam & improbram habere animam, meretriciam & sacrilegam.

Huius farinae regius vates non erat, sed silentio suo gloriatus, mutum se esse dicebat, *Non est sermo in lingua mea*. Cordatus ille & prudens Sacerdos est, idem qui dicere potest, & eorum Deo gloriari, quamuis secreta norit, linguam tamen sibi ad loquendum deesse.

De lingua quoniam incidit sermo, litteris proditum est, veteres Aegyptios inter cetera animalia inani quadam superstitione Crocodillum vt Deum credidisse & adorasse: animal hoc, vt Physici docent, lingua caret: quod verò silentium diuinum quid esse crederent, animal adorabant, quòd silentij symbolum, simulque nos edocebant, Sacerdotes qui lingua carent, nec secreta reuelant, veneratione dignissimos esse, ac diuinum honorem promereri, & ab omnibus colendos.

Qui custodit, ait sapiens, *os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam*. Prouerbum verissimum haud dubiè, simulque edocens, omnem Sacerdotem, linguæ custodientem studiosissimum, & secreti tenacissimū ab innumeris animæ periculis & angustijs eximere.

Raphael Archangelus his Tobiam est verbis allocutus, *Etenim Sacramentum regis abscondere bonum*. Audite quid Angelus hic dicat, Sacerdotes, ac cogitate, egregium quid ac diuinum esse Sacramenta regere, & inprimis ipsum

Secreta reuelare signum animæ lasciuæ

Prou. 7.

In secretis mutum esse oportet.

Psal. 138.

Valerianus.

Crocodillus silentij symbolum, Aegyptiorum Deus.

Prou. 21.

Tob. 12.

Archangelus Raphael regis secretum suadet occultari.

confessionis; honorabile scilicet est magni Dei qui totius mundi rex est, secreta abscondere & celare.

Prou. 11.
Sacerdos
fraudu-
lentus est,
qui con-
fessiones
reteggit.

Dixit olim inter cetera Prouerbia Salomon, *Qui ambulat, inquit fraudulentus, reuelat arcana; qui autem fidelis celat amici commissum.* Ita bene mea sententia dixit, ego verò post illum dico, Sacerdotem fraudulentum & subdolum esse, qui secreta reuelat, & confessionis arcana reteggit; at qui eadem tegit & occultat, fidelem se commissarium declarare.

Eccles. 27.
Curio qui
confessio-
nem reteg-
git perfidus
est.

Eodem penè sensu in Ecclesiastico dicitur, *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum.* Verba terribilia, vera tamen, curiones, quæ docent, perfidos vos esse ac fidei commissæ violatores, Deique amicitia & hominum fide indignissimos, cum secreta confessionum, & occultas quas Deo accepistis reuelationes, denudatis.

Orabat
David, De-
us vt ori
suo custo-
diam adhi-
beret.
Psal. 140.

Instabilitati suæ diffidens Dauid Deum obsecrabat, custodiam ori suo vt adhiberet; *Pone ori meo custodiam & ostium circumstantia labij meis.* Vos vero curiones, & religiosi, qui tot secreta nostis, qui tot peccata auditis, qui tot tristitia auditis noua, eandem orationem facere deberetis, Deumque deprecari, os vestrum vt custodiat, linguam conducat, ac labia comunit, ne quod verbum inconsideratum effutiaris.

Christus
transfigu-
rationis
mysterium
reuelari ab
Apostolis
noluit.
Matth. 17.

In die transfigurationis, Christus discipulis suis, qui transfigurationem illam diuinam cearam oculis viderat, inhibuit dicens: *Nemini dixeritis visionem istam.* Vt Christus Apostolos visum nemini voluit reuelari, ita vobis audita reuelare nefas, *nemini dixeritis auditionem istam.* Quamobrem, caute ne cui quod in confessione

sessione audiuitis communicetis, sed ipsum celate & abscondite.

Non reue-

Paulus è tertio reuersus caelo, in quo arcana audierat verba, quæ inaudisset, dicere noluit, quare ait, *Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui*, imò nec audire. Idem dicatis oportet, Sacerdotes, cumque ab Ecclesia & à tribunalibus illis confessionarijs, in quibus tot iniquitates audiuitis, domum conceditis, cogitatis, audisse vos secreta, quæ homini reuelari non licet, quamuis etiam dicere nolenti, dirissima supplicia, cruciatus, in ò & grauissima quæ excogitari potest mors intentaretur.

lauit ea
Paulus
quæ in pa-
radiso au-
diuit.
2. Cor. 12.

CAPVT XXIII.

Sacerdotes tribulationes perferant.

IUDITH in obsidione Bethuliensi ciues suos ad fortitudinem animi & constantiam adhortata, & aduersus omnia ingruentia mala animum illis addens ait, *Memores esse debetis, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est, sic Isaac sic Iacob sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tentationes transierunt fideles.* Quod cordata illa virago Bethulien- sibus, ipsum omnibus in genere Sacerdotibus dicere volo, vt scilicet recordentur, omnes Dei amicos & intimos tribulationum examine probatos esse, eosque aduersitatibus etiam debere assuescere.

Amici Dei
tribulatio-
nibus pro-
bantur.
Iudith 8.

Multa tribulationes iustorum, ait Psalmista & de omnibus ijs liberabit eos Dominus. Generale hoc oraculum de solis Sacerdotibus singilla-

Psal. 33.
Sacerdotes
ad tribula-
tiones na-
tim.